

Aduertencias para

approbat & innouat, sed etiam de nouo con-  
cedit : Et exemptionem ab Inquisitoribus  
et ab omni ex actione, quarria & quinta fune-  
ralibus &c. Et dat in protectorem ad hoc q  
libere fruantur et vtantur Religiosi suis pri-  
uilegiis Episcopum Conchensem, & Archi-  
episcopum Rothomagensem &c. sic vt non si-  
nant aut permittant aliquem Fratrem indebi-  
te molestari : sed pacifice suis priuilegiis et  
gratijs frui atq; gaudere debere, inuocato ad  
hoc [si opus fuerit] brachij secularis auxilio.  
Sed quantum attinet ad Inquisidores per pri-  
uilegia Sancte Inquisitionis Officio, post Pau-  
lum. 4. concessa, eorum iurisdictioni & censu-  
re omnes nos subiçimur, vt ipse met Pater do-  
cet in suo Compendio Indico. ver. Inquisito-  
res. §. vltimo. Absque dubio enim amplissi-  
ma habent priuilegia, sicut et nos supra docui-  
mus, quibus in fide delinquentes vel suspectos  
quoscunq;, et iudicare, et punire possunt, &  
puniunt, sicut in Hispania et in Nouo Orbe  
fieri videmus.

31 ¶ Quinto Paulus. 4. plures non obstan-  
tias apponit easque singulares. Nam derogat  
Clementine Religiosi de Priviligiis, vt ea non  
obstante Religiosi suis fruantur gratiis & pri-  
uile-